

OLYMPUS.

Noctivagas transcendens NVBES

*Celsissimorum Nominum Concursu & Federe Nuptiali*

SUBLIMATUS

Nidô

Victricibus perplexô ramis

CALICOLÆ AQVILAE

Celsissimi MICHAELIS CASIMIRI

RADZIWIŁŁ

Principis in Otyka, Nieśwież, Bierzach, Dubińskach Stuck, Kopył, Capitanei Premislensis &c:

CORONATUS

rutilante Cynthiâ

Principum Tyaris redimitæ Domûs

Celsissimæ FRANCISCÆ

WISNIOWIECKA

PALATINIDIS CRACOVIENSIS.

inter

ILLVSTRES HYMENÆI TÆDAS

RESPLENDENS.

ac per

*M. Stanislaum Maykiewicz Philosophia Doctorem in Academia Olycensi Pœseos Professoreum  
umbratili Elogiô, luce Publicâ*

ADORATUS

In Sublimia  
 Celsissimarum Familiarum  
**RADZIVILIANÆ**  
 &  
**WISNIOWIECCIANÆ**  
 insignia.



Wyższa Szkoła Pedagogiczna  
 w Bydgoszczy  
 Biblioteka Główna

52045

Quid volueri Radivilij demonstrat Olympus  
 Lumina Titani conspicienda sui?  
 Dum ( modo quam cernit ) quæ Wisniewieccia Luna  
 Aurca gemmiferi lumina solis habet.

*Casimirus Tarczewski Pincernides Inlandia Alumnus Academia Olycensis.*

Fert liuos Aquæ pectus resonando triumphos  
 Quod modo juncta Domus summus Olympus erit  
 Alite, quando lovis, CRUCE, STELLIS, clara Diana  
 Decora cuncta gerit, quæ gerit ipse polus  
 Sed dum concursu nitidum fundastis Olympum  
 Iam vos non homines, sed patet esse DEOS.

Ad  
CELSISSIMOS  
NEOSPONSOS.

Resignet alti pergama circuli  
Titan coruscans facibus aureis  
Rotas in Orbem volvat Axis  
Grande decus radios vehentis.  
Descendat astris gemmea Cynthia  
Nitore vincens aurea lumina  
Corona cingit quam coruscans  
Mille micantibus alma Stellis.  
Polô relicto sydera currite  
Visura mundi thaumata grandia  
Olympus in terra refulget  
Quem duo Stemmata juncta formant.  
Volucris insignis **RADIVILII**  
Sacrata Divi munere Numinis  
Iovi ferens ignes trifulcos  
Hostibus exitium daturus.

CRUX, Stella fulgens, Cynthia candida  
Visniovianæ Regia laus Domûs  
Phæbi sui virtute splendens,  
Astra patravit in Orbe pura.  
Quid nam tyaris est Domus utraq;  
Ornata Regum non ne nitens Polus ?  
Viris tot almîs dimicando  
Sydera quot numerant Olympi.  
Splendore tantô motus Hymen suas  
Accendit Astris lumine lampades  
Inter faces ut dimicantes  
Nil nisi sit nitor ipse purus.  
A parte cernens Terpsichore mea  
Grandes tryumphos mente tacens sibi  
Noctes migrabunt hinc locuta ?  
Lumina tanta nihil nigrabit.  
Dabunt nitorem tempora Nestoris  
Vivendo, nunquam jam tenebras feras  
Passura fatorum malorum  
Satrapa quas genuit cruenta.  
Hucusq; Mitris Nomina Principum  
Quæ nuptiali fædere vineta sunt  
In Orbe fulgebunt, Potestas  
Vsq; nitebit eis Polona.





# OLYMPUS

Celsissimis Luminaribus

RADIVILIANI

&

WISNIO WIECCIANI.

Nominis

inter Illustres Hymenæi tædas

CORVSCANS.



Eridiano quondam fulgore coronato Hyperioni Diogenes, hodie Vestris Celsissimis Nominibus rutilanti Olympo Hymenæus, Nuptiali accensis splendore allucet facibus. CELSISSIMI NEO-SPONSI. Homines ille in terris quæsisse fertur, inter aggregatas hominum turbas, turbans se sole, faceq; nitente nullum humanis imbutum invenisse actibus. Hic in sublimatō Celsissimis Nominibus Olympo, Vos speculatur & veneratur Deos, & quid quid in Vobis intuetur, non solum humanum sed Divinum adorat. Cernit Vestra Celsissima Nomina, ut Numina, Syderum numero & nitore fulgentibus redimita tyaris, millenis prociduo cultu extollit adores, aureis sublimata coronis, quibus olim Deorum laureati colles, acclinato colebantur ab Orbe, & ideo Vestris, ut Deorum exhibet homagium Nominibus, quia illorum coronarijs fulgetis decombis. Aliquem Vestri Deum Romanus arbitratur Vates hōc sui essatō.

*Si Genus arguitur, vultu, n̄ fallit imago.*

*Nescio quem ex Vobis suspicor esse Deum. Ego utrumq; credo. Nec homines hoc in stelligero Olympo, Delphicis cinctus Hymen fertis, connubiali accensis facibus igne, quæsiturus adest ( illius nam grande decus Viros, Nomen, & auro probitas nitidior ipso, Deos proclamat ) verum, miror ausum: saltē unum de millibus Celsissimarum RADIVILIANÆ & WISNIO WIECCIANÆ Profapiarum scrutaturus Caput, non quod fulgidæ Principum redimirent Mitræ, ut clarius meridianō indigitet Apolline mundo, nec centoculum quoq; Argum id effecturum, ut vel aliquem conspiciere queat non tyaratatum, cum taliter, nullus sit visibilis. Non deniq; ad celeberrimam Sponsaliorum Vestrorum solennitatem sua ideò accendit lumina, ut Vos redderet illustriores, quos non solum fulgidæ Principum cydares, Celsissimos; verum Sarmatici Solij diademata Serenissimos monstrarunt Soles. Penna enim Vestrum.*

*Si genus excutiat? Reges ab Origine longa  
Vsq; per innumeros invenientur Avos.*

Astronomicò Lechici Poli liceret si venerari oculò Lumina-ria, fulserunt coronariò radiati aurò in Augustissimo Solio Soles Serenissimi, è purpureis Vestri Celsissimi Sangvinis Orti erythris. Nec paradoxum generat Vestris Nominibus Sarmaticam fulsisse Majestatem, cum grandævitas meritorum Vestrorum magnitudine sua, attonita in admirationem Regna provocans, unum quemq; Vestrum redimiri jubet mille coronis. Tanta in Vobis Orbis veneratur prodigia, ut nec æternitatis diademata sufficiant coronandis. Sed pro inaptitudine ad exarandas tantorum Nominum panegyres pænanda, quid Oratoria penna quiescis? Solem & Solia tantum Serenissima colens, Celsissimæ Domus Radivilianæ magnarum alarum Aquila, in suas te laudes evolare cogit. At quæris forsā ubi hanc Regiam inventura volucrem demissò sis veneratura Capite? Altigrados Celsissimi Olympi Principum tyaris sublimati invola colles, in quibus fulgentem coles Aquilam. Non in nivosis enim Alpium culminibus, nec in transalpinis Carpati marmori-  
bus,

bus; aut grande Caput sublimantibus rupibus in altum, verum in stellifero *Radiviliano* Polo, quærendus Ales, cujus laurigero coronam dum nido elatus verticem acclinavit Olympus. Et merito sublimis gestando *Radiviliano* decori debetur Olympus, quia *Celsissimum* collesq; superans altissimos: De *Tullo* *Sanguine Radivilianam* evolante Aquilam nunciant fasti, gloria Cælo demissam supremo veneratur. Erratq; minime, quia translata ad sydera, vel potius nata inter nitida Astro- rum lumina vix Apollineum est. Quare verò in Polonum summa cum virtute Polum fecisset metaphoram? ne rebellis Gy- gantomachia, Sarmatico Iovi Sceptrum eripisset, Aquilam trifurca bajulantem fulmina, ad sui traxit defensionem. Non & fefellerunt defensuram Patriam auguria, nam ferro micantia nudò feraliq; minantia globorum grandine fatalem jacturam fluctuantibus Laurorum aristas Castra hostium, numerosa, ut astra, grandibus profligavit fulminibus, & granum aureæ Li- bertatis; in Sceptorum culmos, ac messem coronarum pul- lulatorum suarum alarum velamine conservavit. Viderunt, (utinam non visura amplius) vix non naufragante in lachri- mis palpebram ferream Nubem ceu *Niobè Poloniae & Lithuanie* cum stridentibus, arva, pruinis, in triumphalem non leves effusa ram, messem, grandines. Sed non sub tanto generum onere, cum manserit intacta, sub *Lechicis* satiatae *Radiviliorum* pennis Aquilæ uberores speratura triumphos. Tibi inde summos superatura gloria colles *Princeps Celsissime* crescit, & tam sublimis adsternitur honor, quam altos (quia *Olympicos*) Avita Cel- sissimæ Domus *Tuz* Aquila laureo aut aureo potius coronat nido vertices. Iovem Te armigerum veneratur *Sarmatia*, ful- mina sibi ministrante insignitum Aquilam, quibus tumida Ho- stium, si efferata fuerint in Patriam feris Capita, fertq; mille triumphos. Nec aliò Tibi licuit fulsisse Stemmata, quam Re- giò *Alite*, Aquilam; Qui è purpureo Cæsarum, Regum & Prin- cipum, sanguinis, exorta luce refulges Oceano; verum nun- quam passurò ecclipsim, extincti licet fatalibus *Cymmerijs* sed meridianis, nunquam serenos finituram dies æternitate fulgentis radijs, *Sarmatici Solij Solis Augustissimi IOANNIS III. Co-*

ronati Monarchæ Poloniæ *Proavunculi Tui* Serenissimi coronari splendore. Non ne magnum est, Maximum Victorem habuisse *Proavunculum*? quis Regū splendor? recordatur Majestas, Patriæ Propugnator, memorat Polonia, fulmen hostium, tremunt hucusq; Gentes, non Vibem & Orbem, sed ipsum ausu oppugnasse Cælum, Gygantæâ dexteritate. Et Te, sed Nomen tantum Illi monstrat dissimilem, cui si Numen, Nomen non dedisset *Michaelis*, gratiosa clementia, virtutes & merita declamassent IOANNEM. Secundus fuisses Gratianus, Victoriosissimi IOANNIS III. *Proavunculi Tui* vestigia sequens, ast dum Te Superi non numerarunt secundum gladiatâ *Tutelaris Tui* statera ponderabunt Secundissimum. IACOBVM TE Poloniarum Principem Serenissimum supra ætatē Maximum Maximi Victorem IOANNIS III. *Filium & simul Patrem* Sarmaticæ Patriæ Nominandum fas erat, id est Filium Tonitruī, cum Tibi fulmen Hostium, invictus Sarmatici Poli Iupiter, IOANNES III. REX POLONIÆ invictissimus, mille coronandus adores, fuisset *Proavunculus*. Quod non fuisset aliter, si Angelicarum Legionum *Princeps Michael*, dignissimum sui Nominis & prærogativæ non elegisset Gestatorem, Merito quoq; hoc Tibi competit Nomen, qui si non homo creatus fuisses, Angelorum Te Principem fecissent probitates.

Accessit tyarato Nōmini Tuo augmentum honoriferi splendoris, à *Celsissima Avia Tua*, Sorore Serenissimi *Proavunculi Tui* IOANNIS III. quæ CAROLVM *Progenitorem Tuum* publicæ luci reddidit *Celsissimum*, Te Nepotem Suum visura Serenissimum. Neq; enim aptiorem Orbis fulciendo Sarmaticæ Majestatis ponderi scrutatur Atlantem, quam Te *Celsissimum* de *Principibus Principem*, qui è Protoparentum Tuorū PALÆMONE, HECTORE, VRSINO, alijsq; numerum excedentibus, vitam & Atlanticum derivasti robur, non solum Poloniæ Solium: verum ipsum bajulaturus Polum. Vivit in Te nunquam moritura CAROLI IVSTI *Progenitoris Tui*, sub mortualibus latentis inextincti cineribus Cælo, coronanda dexteritas, ipso; cui justè tam grande debetur coronarium, & si

inortu.



mortuum illum non legeret & lugeret Polonia, Te Patrem hilari veneretur vultu, suumq; Propugnatorem Iustissimum. Occidit illud magnum Poli Sarmatici Luminare, sed dum Te ortum prociuo cultu salutârunt sæcula, putârunt *Progenitorem Tuum*, ab umbris sepulchralibus remeasse Sereniorum post Nubila, quia minimè illi dissimilis es; & ut Te in illo adoraverat Orbis, pariter illum in Te veneratur. In omnibus parem Te illi notarent fasti, si hõc unicò Te non excelleret, quod esset Progenitor. Addidisti derivatis à Progenitore Tuo virtutibus maximum benemeritorum Cumulum, & ut omnia collegisses rectè facta, exteris lustrasti Nationes. Sed plus a Te illæ, quam Tu ab illis repetijsti probitatum. Non Tu jam gloriare visis, quia illæ satis gloriæ assumpserunt, quòd Te vidisse meruerunt. Quem Divinioris Pneumatis dum coronavit jubar varijs cæpisti loqui lingvis. Grandævò ingenio Platonem superando, eloquio excellendo Tullios. Iam tunc rosas non Verba loquebaris, cujus.

*Doctis apud Attica Labris*

Labbe.

*Insidet & Sancto mel purum emanat ab ore.*

Auxit Titulorum lucem, quæ Te luci reddidit **CÆLSSISSIMÆ SANGVSZKORVM PROSAPIÆ** decus, Gratiarum ex ipso manans Nomine Oceanus, **CÆLSSISSIMA ANNA SANGVSZKOVNA MATER TVA**, Premislensis, Braclaviensis, Camenecensis, Krzyzewiensis, Czluchoviensis, Choyniciensis, Ostrencensis, Owluczymensis &c: &c: *Capitanea*, quæ dum Titulorum amplitudine inenarranda, Tullios excellit disertissimos dignitatum copiâ inopem verbis reddit facundiam, id tantum legere non dedignetur, ut se, diuturnos victura Annos, videat *Te Filium* peperisse Serenissimum. Non mirandum est Te de gratiarum Oceano *Celissima Anna Parente Tua* Solio Sarmatico Serenissimum surrexisse Luminare, nam etiam ab Oceano purpurei Cælo oriuntur Soles. Erexit usq; ad illustria Superiorum pergama, excelsâ Nominis sui turri Tuos Celsissimos honores, **BARBARA de RADIVILIIS Sarmatiæ Domina**, ut non solum Orbis: verum Astra quoq; ipsa Tuò essent plena Nominis. *Non satis Tuo Celsissimo Nomini numerosâ Mitrarum co-*

ronari, cōgerie ad CÆSARVM se usq; extēdit Cydares, ad AR-  
CHIDVCVM AVSTRIÆ & BAVARIÆ, ad *Augustissimorum,*  
*Serenissimorum, Celsissimorum Titulorum* est dilatatum splendo-  
res, quia omnium dignum Coronis Capitem. Nata & post vi-  
tæ funera trāllata ad Coronas Aboriginum Tuorum Nomina,  
auto meliore non in marmoribus, sed pectoribus exaranda me-  
tallo, si penna ambit, abit tempus, abbreviātur horæ, ac lon-  
gissima exprimendæ panegyri Nominis Tui magnitudini non  
momenta sufficiunt. Si ipsorum ordinem Ordinatorum serva-  
re & observare audeat, non tribus auri glebis NICOLAOS  
RADIVILIOS, verum totā aurifodinā an exprimeret æterni-  
tas? dubium. Primum statim NICOLAVM RADZIWIŁŁ e-  
tiam in ultimas diffusa laudes eloqui facundia nequit, qui Sa-  
gō & Togā Clarissimus, tartareas in umbras hostes propulsavit,  
& Cives servaturus, Grodnam Sepimentis & infractis marmo-  
ribus fortior, roboravit tutelā Drohicinum invalidari non per-  
misit, Novogrodecum novō beavit melioramine, dum ab irru-  
ente hostium servavit malitia. Quidvè dicendum de Nicolao  
secundo Filio à Virtutibus non remeante Patris, ad cujus Or-  
tum, Orientalis occidit barbaries, utinam amplius surrectura  
nunquam. NICOLAO III. Pocillatori M. D. L. mox Pa-  
latino Vilnensi, non ne trina gloriæ debetur perfectio? qui ter-  
tius numerō, secundissimè, non alis Icarinis, verum Avitæ pen-  
nis Aquilæ, vel potius Zephyris meritorum levatus in apricum  
gloriæ evolavit. NICOLAVM V. Arte & Marte insignem  
quæ effetet panegyris? qui maximos amplissimè tomos, tanquā  
minimas Helicon excessit animos, nec se exarandum permisit  
cum esset inexprimibilis. NICOLAVS VII. *Mareschalcus*  
M. D. L. non vili adorandus homagio *Palatinus Vilnensis*,  
jam *Princeps* Romani Imperij tantos meruit conceptus, suo ad-  
scribendos Nomini; quantos vix Roma Caput Orbis excogita-  
re posset. NICOLAVS VIII, octo coronandus beatitudini-  
bus, quia in octavo honorum & perfectionis constitutus gra-  
du, qui ut Orbem fore Virtuofum erudiret, Nesvisiense com-  
posuit Athenæum, in quo Sarmatica Juventus legit virtutes,  
studetq; arte & Marte defendendæ Patriæ.

Sed non indignare *Princeps Celsissime*, quod in aureo  
 Aboriginum Tuorum Numero, debitum non servavero Ordinem,  
 nam distinctis Elogijs tredecem Ordinatos NICOLAOS RADIVILIOS  
 numerare tam difficile est ac nitida Cæli Lumina, in quorum  
 quolibet, virtutes numero simulantur Sydereo, Polô coronandæ  
 serenô. Non extra ordinem fore puto, si GEORGIVM RADZIWILL,  
 Cardinaliâ rubentem purpurâ, *Nicolaum Archiepiscopali palliô*,  
*Nicolaum alterum & Michaelē* Episcopalibus tulgentes  
 Infulis memoravero, qui tot Tuo Nominis addiderunt  
 luces, quot Titan Orbi, licet si Ipse sis Tuis luminosissimus  
 virtutibus. Nequit reticeri clarum Orbi clarus ipsis Superis  
 Nomen & ALBRICHTI RADZIWILL, quod extructa tot vicibus  
 quotidie Sacra resonant, quot Orientem Hyperionem  
 modulantium Avium salutant concentus exultantes. Si  
 remota non genuissent sub grandævis funca ionibus loca,  
 nec clarisonam genuissent vocem, ipsa Basilica, Insignis  
 Collegiæ Olycentis de parietibus & altaribus marmorea  
 & alabastrina clamarent saxa, dignum coronariô Ca. ô  
 Fundatorem, qui tot Sacras erexit ædes, ut de terra per  
 illas ætherea ascenderet pergama. Redit iterum in mentem  
 Ord. Aureus RADIVILIORVM Ordinatorum, quem voluit  
 affecisse disordine saxa Lachesis, admovitq; ferrum & ferocem  
 animum morituris, sed effecit nihil; quia mortali lapsu  
 erexit & evexit ad superos immortales. Vivunt hi omnes in  
 Te PRINCEPS CELSISIME, quia de illis ut Phœnix evolâsti,  
 Orbi Sarmatico rarissimus. Non claudentur gloriæ Tuæ  
 panegyres, imò magis latè & magis altè Tuum extollent  
 Nomen; maxime valituræ, cum illis signaculum  
 apposuero, ALBRICHTI RADIVILII DVCIS *Celsissimi*,  
 Supremi M. D. L. Signatoris, qui inscripta æternitati  
*Celsissima Domûs Tuæ* Nomina signavit validissimè,  
 nunquam violanda. Adest gemmeis æstimandus  
 folijs, qui Olympicâ ponderatur statera MICHAEL  
 RADIVILIVS, *Pocillator* M. D. L. cujus sanguini lacte  
 victricis Sophorum Græciæ, pro sanguinis effuso  
 murice, ac ambrosijs potius candidioribus  
 notanda gemmis, junxit se connubiali fœdere  
*Illustrissima & Excellentissima Catharina Sapiezanka*

Palatinis Vilnensis, dulce sæculorum Mnemosynon, cuius si  
 amplissimam Tullius notaret Profapiam, nec dulces hippocre-  
 næ, nec nectarei Oratorum fontes sufficerent. Adfuit corona-  
 tæ *Radiviliana Aquila* Illustrissimus LEO SAPIECHA, Su-  
 premus M. D. L. *Cancellarius*, cum in Consortem Elisabethã,  
 RADIVILIANÆ *Familia* candidum lilium viridarij, cui CLE-  
 MENS VIII. Pontifex Maximus rosam auream à se benedi-  
 ctam consecravit, ut Elisabetham, liliaceo candore rosæ jun-  
 ctò verecundiæ depictam, Benedictam & Beatam Orbi demon-  
 strasset. Et merito rosa debebatur *Aquilæ Radivilianæ*, nam  
 testante Plinio, in Phœnicia Aquilæ rosis pascuntur ipsis. Nec  
 non licuit *Aquilam Radivilianam* Regnum volucrum Regio  
 sociari Leoni; ut nihil *Radiviliana* complecteretur *Domus*, quod  
 Regium non esset. Concurrent adhuc Connubiales decoratu-  
 ra triumphos *Celsissima Lubomirsciorum, Zbaraviorum, Za-*  
*slavsciorum, Illustrissima Potocciorum, Korecciorum, Rysn-*  
*sciorum, Herburtorum, Leszczynsciorum, Opalinsciorum, Słusz-*  
*karum, Kalinovsciorum, Szczukarum, Iablonoviorum, Donof-*  
*fiorum, Kazanowsciorum, Czarnecciorum, Mnischorum, Tar-*  
*loviorum, Rzevsciorum, Szembekiorum, Sienavsciorum, Gru-*  
*zevsciorum, Rozrazevsciorum, Mecinsciorum, Buczacciorum,*  
 aliorumq; numeratu difficilium Nominum lumina, ut Te ad  
 illustres Hymenæi tædas monstrent Serenissimum. Cerne Ma-  
 gnitudinem Nominis Tui PRINCEPS CELSISIME, quanta  
 est? in admirationem grandævitate sua pellit Universum. Te-  
 tigit altitudine Nominis Tui *Archiducæ Austriacæ Domus*  
 titulos, appetiasti auream Sarmatici Regni in Serenissimo &  
 Inviçtissimo IOANNE III. Rege Poloniae Proavunculo Tuo  
 Augustissimo Coronam, fulgentibus verò Principum tyaris a-  
 deo Celsissimam Sublimasti Domum, ut transcenderet Nubes,  
 & summo par esset Olympo.

At majus adhuc pennis Encomiastum tollerandum con-  
 centraſti onus, *Princeps Celsissime*, quando, de putpurati DV-  
 CVM WISNIOWIECCIORVM Sanguinis Eridano, gem-  
 mam ponderosissimam in decus Tyarati Nominis Tui CELSIS-  
 SIMAM FRANCISCAM WISNIOWIECKA, Palatinidem

Craco:

**Cracōviensem, Cōnubiali captāsti fædere. Auxisti amplissi-**  
**mam Magnitudinem Nominis Tui, & jam fecisti non ampli-**  
**andam, quia Maximam, cum vix non totius Orbis, Cæsarum**  
**sublimata Titulis, Regum redimita Coronis, Principum coro-**  
**nata Tyaris, Clavarum & Scipionum suffulta columnis, Capita**  
**concentrasti & indissolubili Colligatione vinxisti. Iure meritō**  
**summum Coronis, Sceptris, Tyaris, Clavis, Scipionibus, An-**  
**nulis Regni, Mitris, Intulis struxisti ac sublimāsti Olympum,**  
**quem *Celsissima Wisniowiecciorum Luna* adeo illustravit, ut vi-**  
**deretur Serenissimus. Huc ambulantes per nitida sydera Men-**  
**tes accurrete, huc Astronomicæ advolate pennæ, CELSISSI-**  
**MAM DOMVM RADIVILIANAM WISNIOWIECCIA-**  
**NÆ junctam, summum admiremini Olympum, pingite con-**  
**jecturas, dies RADIVILIANÆ AQVILÆ, solis fulgorem se-**  
**minante WISNIOWIECCIORVM DOMVS Luna illustra-**  
**tus, uberrimam tryumphorum Sarmaticæ Patriæ fertilitatem**  
**vaticinatur. Grandè quidè & asperum iter est, reptanti per**  
**depressa, facundiæ sublimem cum infimo cultu ascendere Olym-**  
**pum, Domūq; *Wisniowiecciana Celsissima*, umbrosâ panegyri**  
**venerari lumina; sed dat gloria calcar, summum enim gloriæ**  
**Culmen est, altigradas *Wisniowiecciorum* Plantas debitō co-**  
**ronare Elogiō. Rumpe metus penna, hæc splendidissima invo-**  
**latura pergamma, quadriviatum non patiēre iter, nam ter splē-**  
**dida WISNIOWIECCIORVM LVNA, monstrabit Appiam**  
**rectissimam. Dum itaq; Triumphales *Domus Franciscæ WI-***  
**SNIOWIECKA aggredi ausa portas, cernit vigilem in illis**  
**gloriam, custodes honores, videt sola limina splendida ut Astro-**  
**rum Lumina. Ante valvas triumphales arbitrata Cælum, Cru-**  
**ce ceu sole Lunâ, Stellis Avitis refulgens, ultteriores ingressura**  
**postes, ut grandes, tanquam ad visionem beatificam posset re-**  
**sonare applausus, typographicos cæpit expotare liquores. Vix**  
**tandem splendentibus Tyaris debitum sacrasset homagium pe-**  
**natibus, & ecce videt, palpebrarum Sarmaticæ Patriæ delictum,**  
**tot Coronatum dignum, quot Annorum Virum, CELSISSI-**  
**MVM IANVSSIVM WISNIOWIECKI, Palatinum Craco-**  
**viensem, Capitaneum Krzemencensem &c: tanto amore, quan-**

rum millenò ore, exprimere vix queunt Tullij prosequendum;  
*Patrem Celsissima Neosponse* cui, dum suum acclinat verticem  
fatetur se illud surrexisse in fastigium, quod vix aliquod fasti  
notarunt tetigisse Caput. Adsterni enim altigradis  
tanti Viri plantis altissimus honor est, quibus quid  
quid implantatur à plantula in triumphales lauros,  
& sublimiores Libanis accrescit Cedros. Sed dum Tuum,  
& simul Sarmaticæ Patrem Patriæ prociuo venerari cultu,  
Oratoriâ meruisset pennâ, Tu statim *Celsissima Neosponse* ad-  
stitisti Regina animorum à dextris, dexteræ virtutis Genitoris  
Tui, numerosioribus coronanda fertis. Mille Tuum cupiunt  
redimire Caput Stephanomata, ut omnium Regina Dearum  
Pandoræ Augustissimæ, cui Pallas sapientiam, Iuno formæ pul-  
cheriam, Bellona Martiali decore præcellentiore infudit, ge-  
nium, ut omnium Principem dotum, omnium Reginam pro-  
bitatum, acclinatò Orbis Univerfus adoraret vertice, eò altius  
in triumphorū surrecturus fastigiū, quò demissior Tuo Nomini  
caderes acclinis. Crevisti gloriosius & citius Cynthia usq; ad  
plenilunium suum augente lumen in *Celsissimo Michaelè* Can-  
cellario M. D. L. Patruo Tuo, Paterno Patriæ Sarmaticæ ex-  
cipiendo amore, Te Lechicis pridem qui inscripsisse videtur  
Archivis, brevissimo temporis intervallò, Reginam fore Au-  
gustissimam. Auxit Titanium fulgorem, è Nominis gratiarum  
ortum Oceano, *Illustrissima Anna Chodorowska, Succameraris*  
*Leopoliensis*, Avia Tua dignissima, quæ tot splendoribus Tuum  
Celsissimum coronavit Nomen; quot Regio rubentia murice,  
purpurata ab erythris oriuntur Luminaria. Genuit hæc Geni-  
torem Tuum, ter millibus homagiorum adoranda Mater, quæ  
cum esset IABLONOWSCIORVM Profapiæ plantula, aut po-  
tius rarissimum Orbi Aurantium, Regia Tibi germiuavit poma,  
CORONATI RADIVILLI manu & pectore Tecum gestanda.  
*Illa Avia Tua*, Tu à via illius meritorum nec passu uno recessi-  
sti, cujus vitæ morti plane commortua, assecutæ, vivum tamè  
cerneris prototypon. Oceani istius gratiarum ( ANNAM  
CHODOROWSKAM, AVIAM loquor Tuam ) Originem  
invenisse eadem difficultas est, ac primam Nili Ægyptiaci sca-  
turi-

turiginem. Et verè dixissem **CHODOROWSCIORVM** *Profapiam* fuisse ab æterno, absq; Origine & principio, si in tempore, non virtus & merita æternitate digna in Coronam sed humana **Natura** creatam testaretur. Ne tamèn undè processè-re dignissima *Chodorovsciorum Nomina*, lateret **Orbem**, jam pridem **Clarissima** **Univerſo**, monstranda veniunt meritò Regia, quia scepra & Coronas Heroicà promerita dexterritate, Regni Hungariæ desiderandam Polo Regni Poloniæ monstrarunt faciem. Et primo secundus **PROCOPIVS** *Capitaneus Russiae* Triadis Myſterium in tribus Filijs gloriosissimis, nimirum **PROCOPO** *Episcopo Cracoviensi*, **IVRGIA** *Togà Sagòq;* **Celeberrimo**, tertioq; non minus **Secundiore** alijs, **Orbi** adorandos porrexit. **Minimè** fecit injuriam **IVRGIA** injurantibus Patriam Gentibus, dum adversas **Acies Martis** adeò torruit caloribus, innataq; terruit magnanimitate: ut **Sanguine** sudasse viderentur. Sed Ipse cum esset **Leo**, hostium **Catervas** lacerans, non leporem, verùm **Magnanimum** genuit **Leonem**, felicitatibus feliciorum **Felicianum**, sed in evictis triumphis felicissimum. Vidit Iſtorum **Lechia** tot arte & Marte triumphantes **Heroes**, quot **Filios**, qui ut **Stellæ multiplicati** **Polum Sarmaticum**, ceu **Soles clarissime** illustrarunt. **Influxit** hunc **Eridanum** **Zorawsciorum** **Sanguis**, & fudit **Oceanum**, de quo quot **Viri**, tot **Soles** promanarunt splendidissimi. **Apparuit** decus **Zorawsciorum** **Profapiæ**, dum se latius aperuit in **Illustrissimo** **Sebastiano** **Zoravinski** **Succamerario** **Haliciensi**, cujus patrociniò triumphalia spolia, palmæ nimirum laureæ, **Sarmaticæ** **Patriæ** tanquam fortissimis claudebantur **Conclavibus**, nunquam rabida manu hostium eripiendæ. Sed omnes si **Viros**, separatis distingvere præconijs, **Oratoria** præsumeret **penna**, singulos, singularibus venerando tomis, **Orbem** imple-ret non **folia** **Nominibus**, **Plures** itaq; taciturnò veneratur **ſilentio**, cum vocalibus narrari nequeant **Eloquijs**. **Tuæ** indè **vocalior** gloria **Profapiæ** **CELISSIMA** **NEOSPONSA**, quod sit multiplicatis **Tulliorum** inenarabilis **Lingvis** oribusq;.

**CELISSIMÆ** **MATRIS** **TVÆ** **THEOPHILÆ** de **LESZCZYNSCIIS** *Palatinidis Podlachia* seculorum decoris,

quoties Amplissimum Nomen Tullianis Siftitur eloquijs cele-  
 brandum, toties Amphissima in sui panegyres, profundius ex-  
 haurit Oratorum flumina. Veniunt statim ad unius mentio-  
 nem, millena LESZCZYNSCIORVM Nomina, astrigera nu-  
 merò comitantia luminaria, qui Comites in *Persteyn* cum *Dę-  
 browka Regina Bohemiae*, dum Sarmatico affulserunt Zodiaco,  
 meridianum visa sunt advexisse Hyperionem. Mirabatur Sar-  
 matia, in *Persteyn* Mareschalco Ejusdem Reginae Herculem ad  
 suas venisse oras, non septem Capitalis hydræ truncatis cervi-  
 cibus; verum bifontinò insignitum Capite, quod in Regem  
 confurgens, mucronis fulmine tactum, LESZCZYNSCIIS se  
 subiecit pedibus, ac tandem in Stemma erectum, LESZCZYN-  
 SCIORVM sublimavit Prosapiam. Metuit brevi maxima dex-  
 teritas LESZCZYNSCIORVM a *Leszno Comitum*, Imperij  
 Maximiliani favorē, ut crearentur Principes, tot Tyaris coro-  
 nandi, quot fulsissent virtutibus. Monstravit ulterius non er-  
 rabundum iter, in Altissimos Titulorum Colles Suo Nomini  
 RAPHAEL LESZCZYNSKI, Mareschalco Regni, & DVX  
 Majoris Poloniae, sæculò CASIMIRI IAGIELLONIDÆ, il-  
 ludq; per Clavas Ducum, Mareschalcorum Scipiones, per An-  
 nulos Regni, Mitras, usq; in Apricum perennaturæ eduxit glo-  
 riæ. Si clarissima permetteret fama, tacerem tot Leszczynscio-  
 rum Nomina Magnis sublimia Titulis, tacerem RAPHAELEM  
 Castellanium Szremscium, *Andream*, Palatinos Brestenses, RA-  
 PHAELEM Palatinum Belzensem, Vaclavium Primatem, IO-  
 ANNEM Cancellarium Regni, BOGVSLAVM Palatinum  
 Derbensem, BOGVSLAVM Alterum Vicecancellarium, RA-  
 PHAELEM Thesaurarium Regni, & Ducem Majoris Poloniae,  
 VLADISLAVM Palatinum Leczyccium, VACLAVIVM Pa-  
 latinum Podlachiae *Celsissima Matris Tuae* Progenitorem, Tu-  
 umq; Avum, ævum perenne Titulorum sublimitate, virtutum  
 Magnitudine Excellentē. Metire CELSISSIMA NEOSPON-  
 SA, TVO.

*Quanta lucis opes Avio de Sanguine manant?*

Metire immensum Oceanum, numerata sydera, si Nomina  
 numerare resolveris, quibus Numina *Celsissimam Tuam* ampli-  
 averunt



averunt Profapiam. Lege ipsa LESZCZYNSCIORVM NOMINA, *Primates* Regni; ut duo Capitis Poloniæ luminaria, *Ducis* Majoris Poloniæ, ut octo beatitudinum, Auctores Palatinos; Mareschalcos, Thesaurarios Regni, Signatores, Episcopos, ut sidera numerabis.

Æ viternas meruisset pœnas, penna Oratoria, si adhuc & *Celsissima Avia Tua* DEMETRI WISNIO WIECCII Castellani Cracoviensis, Magni Exercituum *Ducis*, maximis celebrandæ laudibus Filia, quæ dum Matrem Tuam genuit, Orbis ingemuit, sub accrescente Titulorum, Honorum, & gloriæ Magnitudine. Sed nec satis limites ignorantis Profapiæ WISNIO WIECCIORVM gloriæ, in Senatorijs Curulibus, inter densam Scipionum, Clavatum sylvam, inter innumeras Principum Cydares, inter palmas & lauros cum adoreis quæsisse Viros, in solio Sarmatico soles Augustissimos WISNIO WIECCIORVM Sanguinis ortos Oceanò specularurus propellitur Tullius. Sed frustra meridiano palliatus lumine Hyperion, auratis gloriatur radijs, nunquam Serenius fuisse visus ab Orbe, quam CELSISSIMA WISNIO WIECCIORVM NOMINA, in suo Augustissimo sole SERENISSIMO MICHAELE KORYBUTH *Poloniarum* REGE, quem CELSISSIMVS HIEREMIA KORYBUTH DVX WISNIO WIECCIVS, ac *Illustrissima & Excellentissima Princeps* GRISELDIS CONSTANTIA in Zamoscie ZAMOYSKA DUCISSA WISNIO WIECCIA, *Magni, Maximi Parentis Filij*, Serenorum luci reddiderunt, virtus dextera fecit Serenissimum illustravit hic sol Augustissimus WISNIO WIECCIORVM LVNAM, Serenissimis Titulis, & penè in solum transmutavit solem, nullam unquam passurū ecclipsim. Intuere ergo CELSISSIMA NEOSPONSA, quam Augustis nitet fulgoribus DOMVS TVA, cum sit valde isti Hyperioni proxima Serenissimo. Traxit hic Sol Sarmatici Solij in *Colligationem Tuam Profapiæ* ILLUSTRISSIMA ZAMOSCIORVM NOMINA, Sarissis in pennas aptatis Hostium Cruoris murice æternitati inscripta, quæ arcta ampliare si permitteret pagina, cerneres Numerosissimos *Heroes* vastis belligeris, ceu Columnis Herculis, aut Atlanticis brachijs

Patriam fulcientes. Non jubet taceri ipsum Nomen vocale; sed merita magis, IOANNEM ZAMOYSKI, *Magnum Regni Cancellarium, & Supremum Eexercituum Praefectum*. Clamant rectefacta THOMAM *Cancellarium Regni*, reboat dexteritas IOANNEM *Palatinum Sandomiriensem*, quos si praefata non ornassent *Nomina*, triumphantium Gradivorum onerassent tituli juremerito sic vocandorum Sed non hic limes effusa per Orbis immensitatem gloriae, adhuc *Avita* WISNIO-WIECCIORVM *Crux*, non dissimilis sydereae *Austrum* quae *Nautas, cernere sola facit*, in ALEXANDRA IAGIELLONIS & KORIBVTHI SORORE *Archiducalibus in Domo, Austriaca* meruit redimiri laureis. Nec immerito; dignus enim tanta *Olympus Profapia* Archiducum coronari Cydaribus, quem tot astrae *Viri* sublimaverunt, quot syderibus illustratur Polus. Non produco luci plurimos, quibus fasti exprimendis non sufficiunt centifolij, quia non solum *Sarmatico*; sed *Univerfo* jam clarius patent *Orbi Meridiano, Apolline*.

Quem inde CELSISSIMAM RADIVILIORVM & WISNIO WIECCIORVM, ad illustres *Hymenaei* caedas *Profapiam* stelligerum late patet esse *Olympum*? Magnis luminari-bus decorum, *Caesareis* Cydaribus, *Regum* diadematibus, *Principum* Tyaris, *Ducum* Clavis, *Marschalcorum* Scipionibus, & quae tantum honor in decus *Civium Patriae & Senatorum* invenire valuit, sublimatum coronamentis. Minimè huic rutilanti *Olympo* aliquam inventu, licet difficilem, aequalem existimate *Pharum Aegyptij*, commodius atomos excelso foret comparandus *Heliconi*, aut rutilo scintilla *Phaëbo*, illa enim *Solius* littora *Nili*, hic *Univerfum Illustrissimis Celsissimis Serenissimis*, *Orbem* illustriorem reddit *Illustrissimum Nominibus*. Speculetur acutior elevationis cætus ingeniositas ( si dignos tanto officio judicant saecula ) quanto nitentium virorum numero hic fulget *Olympus*, & sententiabit si *Cælorum* fuisse *Astra* negarent *Numina*, istius *Olympi* lumina sufficientissimum fulgorem & nitorem in *Mundi* machinam sparsissent. Peccavit ( parcite precor ) *CELSISSIMI NEOSPONSI*, tanto insufficientis oneri, peccavit svada humilis, istius *Olympi* palpebra pal-

pare ausa lumina, quod non omnia luci publicæ umbratili que-  
at repræsentare Elogiò; sed arbitror indulgentiam in Vestra cõ-  
secuturam clementia: non sola enim luere commissa videtur,  
quia Vos reddidistis insufficientem ex eò; quod virtutum Ve-  
strarum splendores sint inenarrabiles & inexprimibiles. Cum  
verò Maximi sitis, etiam minima permittite sub plantas Vestras  
Elogia, infimos suscipite tomos, depressas utiq; & nitidissimus  
Phæbus protegit fovetq; & favet

parvis cingitur Astris

*Luna & in Oceanum vivi fluxere minores.*

Nec etiã mea Vos Orbi revelaret svada, quibus se Vniversus sva-  
viter commendat insinuatq; Orbis, sat decoris grandævi, sat  
Magnitudinis, Magnanima Vobis inservit virtus, quam si Mũ-  
dus debita cogeret coronare panegyri; quamlibet paginam,  
in Cedrorum, Palmarum Laurearumq; folia commutare stimu-  
laretur. Suscipite non aliter Serenò & benignò vultu, non tam  
tomos, quam ato nos venerationis trahit pulveres. Si enim Or-  
bis longævis non tam sederet quam sedendo sudaret sæculis, si  
Vestris laudibus omnia impenderet tempora, narrandis non  
sufficeret. Satis est Vestro CELSISSIMO Confæderato NO-  
MINI concentrata omnium vota elingvi eloqui silentiò, & hæc  
tacente pectore sibillare vota. Vive par Nobile Nestoris Annos,  
tot rutilans accrescentibus titulis, quot facibus Astrã. Id non  
solum aurisonus Amphion, non saxa movens Orpheus sonore,  
non Apollinis Cythara canore; verum ora & pectora Vniversi  
resonant, vivite tot sine nube dies, quot oculis nox cæca Syde-  
reis, lumine læsam terram intuetur molem. Hoc per Olympi-  
cos *Radi viliana Aquila* colles clangit pectoris buccina trina,  
quod par Celssimum.

*Hospitam Clio Tibi debet Urbem*

*Pegasus fontes, Helicon vireta*

*Gratiæ lucos, & amica debent*

*Lustra Camena.*

Dum præeunte CELSISSIMÆ NEOSPONSÆ Tue Cruces,  
allucente Lunã, *Avita Celssima Domus Tue Aquila* PRIN-  
CEPS CELSISSIME, WISNIOVIECCIORVM Augusta ad-  
volat

D:

volat

volat pergama, non triumphales ignes, verum pectora accensa,  
non iam ædæ Nuptiales, sed affectus omnium Tuo applausui  
exardescunt. Non tam reboantium tormentorum tonitrua,  
non *pirij* pulveris fulgura, sed Vestris faventium voces Nomi-  
nibus, amore accensa pectora, tonant, resonant; VESTRA  
CELSISSIMA NOMINA ut NUMINA: tamdiu in aprico glo-  
riæ perennatura, quamdiu auricomus flammivomos radios Ti-  
tan est sparsurus in Orbem. Vtiq; diuturnū duraturam spatiū  
incolumitatem Vestram non ego solū, verum Romanus Va-  
tes concinit.

*Quos referunt libri, vivent, dum robor a tellus  
Dum Cælum Stellas, dum Vehet Annis aquas.*

Vivant itaq; prosperè procedant, regnent, luceant Vestra CEL-  
SISSIMA NOMINA, virtute titulis, fortunā cymmeriasq; ad-  
versarum Gentiū umbras ad ipsa profligent opacum tartarorum  
densitatem. Fulgeant honorum amplitudine, in hoc *Principum  
Mitris* sublimato OLYMPO Soles Augustissimi quoc Filio-  
rum Filios Solijs reddituri Regijs.





N A H E R B

IASNIE OSWIECONEGO XIĄZĘCIA

MICHAŁA KAZIMIERZA

RADZIWIŁŁA

STAROSTY PRZEMYSLSKIEGO ☉: ☉:

Z podziemnych Antypodów twárdosenney Nocy  
Złoty Tytanie wyiedź w ognistej Károcy  
Ná Sferyczny Zodyák, perłowe promienie  
Rozsiewáy, niech pierzcháia Cymeryjskie cienie  
Dzien Orła tryumfalny RADZIWIŁOWSKIEGO  
Niech ogláda Krolestwá oko Sármaćkiego.  
Ktory już nie lowiszá ognište piorony  
Ale złotym splendorem wyiskrzzone w szpony  
Wziąwszy Hymeneuszá ognie, wylátuie  
W Olympy, kontentecy, gdzie swey upáttruie  
Zrzenicy, alic widzi między Xiążęcemi  
Mitrami, w párágonie liczbá będącemi  
Z sferycznymi światłámi; Krzyż w złotym splendor  
Ktorem krwi WISNIOWIECKICH poświęcone morz

E

Widz

Widzi Xiężyc w srzebrzysty nitor ozdobiony  
zad zaś złościste lustru dodają Korony  
zad Berła, zad Buławy, Pieczęci, Sygnety  
tore na pierśiach nośi sława za Portrety.  
zad Snopy Scypionow Pałtoralow liczne  
ful koronujących głowy Niebotyczne.

Ciekawsza w pulcheryach gdy zrzenicę plawi  
z się w oczach odmienna alternata stawi  
ytan się krwawym wstydu Szkarłatem farbuie  
e z Luną WISNIOWIECKICH nieparagonuie  
ugi w Karoc zakłada, już prawie zaciemiony  
gościniec do Indyjskiej Zabiera się strony;  
Cynthią rozsiewa po Olympie dniowe  
wiatła ieszcze iśnieysze niżli Tytanowe.

Widzi to RADZIWIŁŁOW Orzeł zadumiony  
e Xiężyc Wisniowieckich w Słonce zamieniony  
rolewskiemu Tytuły iśniejąc w MICHAŁE  
ORYBVCIE wieczyłstej WISNIOWIECKICH  
acie w troistej trąbie ogłosi pierśiami (chwale  
e wieczyłtymi w Lunie zrzenicę czasami  
ławić będzie, ponieważ tym że obdarzona  
plendorem, którym świeci twarz Hyperyona.

Statywá Mu, w Olimpie takim wielce milá  
tory z Kolligowaných Imion, wystawiłá


Wspañiałość RADZIWIŁŁOW tudzież zdrug  
Wiśniowieckich, co godni Bereł, y Korony. (str  
Powraca się bitnego ná Niwy Grádywá

W złote licznych tryumfow uwienczone żniwá  
Ktore Nieprzyacielską krwią dzielności zlewála  
RADZIWIŁŁOW, á żeby wiekom dochowála  
Przyszłym niezwiędłych láurow, bierze liczne wż  
Z tryumfalnych uwite gáłęzi Korony. (

Bierze pálmy zwycięskie, Swiat się widzac wzdry  
Co zá moc (mowiąc) Orłá? iákie Snopy dźwiga  
Láurow? ktore kiedyby wieczność odebrała  
Koronowác Zwycięszczow wszytkich czymby mia  
Niešie ná gorę (wiiacznich gniazdo) Olimpowę  
Podktore Olimp skłánia wyniešioná głowę  
Widzac, że się w tym gniaździe Krolewskie Imiona  
Chowác będą potomkow, ktorých już Koroná  
Sármáckiego Krolestwá, czeka bez odmiany  
Iák prędko zniemi przyidzie Nestor požadány.

Widzac to z ciekáwością Oyczyzny zrzenice  
Koralowym rumiencem zápalone lice  
Ledwie nie łzami biela, że się w gorne kráje  
Olimpu, Orzeł z Krzyżem, y Luná dostáie  
Mowia Atlántem będzie ktoż złotey Korony?  
Gdy się RADZIWIŁŁ przeniósł w Olimpowe strony

I ecz posępna wesołym twarz wyiskrz splendorem  
Polsko z złotym powstaia rozśmiej się Phosphorem  
Tych Kleynotow Oyczytych wszakżeś niestraciła  
Ześ ich ná tym Olimpie gornym obaczyła  
Ktory to Rádziwiłłow Imiona złączone  
Z Wiśniowieckich stworzyły w Mitry owdobione  
Wiedz o tym żeć Rádziwiłł Swiátá znamienity  
Pármáckiego Potomek, tak się nieużyty  
Niepokaze, áżeby w zgárdziwszy pokłony  
Niemiał przyiać od Ciebie złoćistej Korony.



W



N A H E R B

IASNIE OSWIECONEY XIĘZNICZKI

F R A N C I S Z K I

WISNIOWIECKIEY

WOIEWODZIANKI KRAKOWSKIEY.

I.

Dziwnomi czemu w Sferyczney Karocy  
Wiozac promienie, Xiężycu rogaty  
Wznośisz się podczas Cymeryjskiej nocy  
Wiskrzyłte światła odziány bławaty  
Aniewiesz o czym wiedzieć ci potrzeba  
Nie swoim światłem lskniesz się ale Feba.

II.

Schyl ná doł, duma wyniešioną głowę  
Boś ciemny ieśli stániesz w paragonie  
Z Luną Srzebrzystą WISNIOWIECKICH, dnic  
Ktorą, splendory po septemtryonie  
Rozsiewa, swoim światłem przyodziána  
Sámego Splendor przenosząc Tytána.

III,

Ty złote często pod żelazne kiry  
Poddáiesz światło, gdy grube zácmenie

Twórz brudzą, czekasz prętkoli Zefiry  
Zwieją z kurzawy, zągęlczone cienie  
**A WISNIOWIECKICH LVNA** ma do siebie  
Ze się y w krwawey niećmiła potrzebie.

IV.

Ty się dopiero w nowym Świátle stáwisz  
Dopiero w pełni będący, zrzenice  
Zwábiasz ku Sobie, niedługo się báviesz  
epresentuiesz, już szczerbáte lice  
Zás **WISNIOWIECKICH** w pełni závwsze stoi  
uná, áni się decrecensu boi.

V.

o iá Cefarskie, Krolewskie splendory  
ák obiásniły; że iey Libityny  
ámey, ćmić grube niemogá wieczory,  
Dopieroż pełná Cymeryiskiey miny  
zadrość przeciwná zgásić niewydoła  
roch Słoncá zácmić, wszák niemoże zgoła.

VI.

ę zás ma cnotę **WISNIOWIECKICH LVNA**  
e w proch imprezy dumne ruiniue  
ała iey Męstwo przyiázná Fortuná  
o z Adwersarzow wielkich tryumfuie  
śmierć by sámę wgrobie położyła  
dy by naturá ná to pozwoliła.

VII.

ieráz ten Xiężyc przy znáku Krzyżowym (Gro

Gromiąc przeciwnie Adwersarzow strony  
W Erydanie się, kapał purpurowym  
Który się z kárkow pieniał wytoczony  
Skapanego zaś potomni widzieli  
Iásno, iák Słonce gdy wschodzi z kąpieli.

VIII.

Ostrzył swojego imprezami rogi  
Mieściącá nieraz Othomán dwoykliste  
Zarząc Bellony gniewu upał srogi  
W nim chcąc splendory przewyższyć srebrzyste  
WISNIOWIECKIEGO Świętney Domu Lun  
Niemiał do tego przyiázney fortuny.

IX.

Wiele się rázy wyniosł nád máydány  
Zalobnym kirem WISNIOWIECKA cnotá  
Zaraz go ćmiłá, w krwáwe Oceány  
Pędząc ná głowę; á zaś miało złotá  
Ktorego nábyć chcieli Othomany  
Zelázne wzięli ná nogi káydány.

X.

Dopieroż teraz niech się Turczyn boi  
Który dufając Atlántowey síle  
Wstał nieprzebitą piersi męzne zbroi  
Niewie że leże w śmiertelney mogile  
Iák RADZIWIŁŁOW z Xiężycem złączony  
Orzeł zapali ogniście piorony.

F2

XI,

XI.

ecz Othománskie nietylko záwoie  
Od Tych dzielności Imion zábrudzone  
ęda, kiedy się w własney ze krwi zdroie  
Postawczy ze łbow orężem strácone  
e krwią ná siebie spilzą prognozyie  
e Othománski Narod we krwi zgniie

XII.

Niech y Postronnych Narodow imprezy  
ná Sármácką się niechełpią Koronę  
bowiem daremne uyrzą swoje spezy  
Gdy WISNIOWIECKA Woienną Bellonę  
ADZIWILŁOWSKI Orzeł komituie  
Co pioronámi łowiszá száfuie.

XIII.

ák troyosęczne między Gárdyzony  
Przećiw Oyczyźnie Polskiej zgromádzone  
Zući z Olympu gornego piorony  
Błyskawicámi Márfa zápálone  
Zetrze ná popioł srozáce się síły  
znich ferálne wysypie mogiły.

XIV.

Po pioronnych się grádách dla Grádywá  
Wysutych kiedy przyłtroi w perłowy  
Kieżyc FRANCISZKI, iák też záwize bywa  
Po dzzách weselszy splendor Tytánowy

W ten czas, Sarmackiey wyikrzone chwile  
Rysować będą Polszcze Astrofile.

XV.

Bo w pełni będąc tytułow rozwiie  
Ná polu bitnym Gradywá Polskiego  
Laurow zwycięskich liczne krescencye  
Ná Koronáment Imienia swojego  
Zeby Swiát wiedział **WISNIO WIECKICH** Ir  
W Láury przybráne ze Márś chowa wstymie.

XVI.

Ale z Xiężycá co konjekturuie  
Klio, że Polská tryumfy odbierze  
Bárdziej go przyszły wiek rekomenduie  
Zktorym ma wieczne żyć pewnie przymierze  
Ze w niey tryumfow tyle zrodzi zniwá  
Ile przez cały Swiát ma kwiećia Niwá.

XVII.

Pátrż iák masz drogie Oyczyzno Kleynoty  
Orlá Imienia **RADZIWIŁŁOWSKIEGO**  
Máż **WISNIO WIECKICH** Domu zaśzczyt zło  
Xiężycá lustrem promiennym stroynego  
Przy ktorycheś się w Olimp zámieniła  
Dla tych cie nietknie y Olbrzymśká siła.

XVIII.

Iest ci dziś czego zyczyć Heroino  
Tryumfuiąca nád Národy Swiátá

G

Wlaury

Laury obfitá zwycięskie Kráino  
Polská, że będziesz w niezmiarzone látá  
przy tych Imieniách Zásłubionych żyła  
tore Niebieská przychylnóść złączyła.

XIX.

Szcze iák ná Tron RADZIWIŁŁA Imię  
przy świetle Słoncá w Wiśniowieckiey Lunie  
wabiysz, Narodow u Postronnych wstymie  
ędziesz, dziwować będą się fortunie  
woiey, żeś wtákiey zaiásniała parze  
torá Sweryczne wstydzi luminárzc.

XX.

Wi że Nestora przedłużone látá  
i ro iáswieyła nád Hyperyoná  
niech Cię niemoga ćmić umbrálne fatá  
tore Lachezys rodzi rozwieżioná  
oty, aż w Olimp Polskie zmienisz strony  
zá to złote odbierzesz Korony.

